1558. Ex Herald Paprocki.

Troianowi Trovanna, który lat 19. Królowey Matki a potym KJMci był Sekretarzem, nadaie wiecznością Lętkowice w Proszowskim.

In nomine Domini Amen.

Nos Sigismundus Dei gratia rex Poloniæ Magnus dux Lithvaniæ nec non terrarum Cracoviæ Sendomiriæ Siradiæ Lenciciæ etc. Significamus etc. Quod cum generosus Troianus Trovanna Secretarius noster hanc animi sui promptitudinem erga nos ostenderit, ut relicta patria, ac nobilissimis parentibus suis hic in Regnum nostrum cum fratre suo Prospero et facultatibus suis se contulerit, Municepsque Regni nostri factus jus ejus et universæ nobilitatis consecutus sit, servitutumque primum Serenissimæ Parenti nostræ deinde nobis fidelissimam jam per annos decemnovem in Secretarij officio præbuerit ac in omnibus ut Nobilem ac honestum virum decet se gesserit, ipsi et legitimis Ejus sexus masculini Successoribus villam nostram Lętkowice liberam nulli obligatam nec impignoratam in terra Cracoviensi et districtu Prosoviensi sitam, quam is jure vitalitio a nobis datam huc usque obtinuit damus donamus hisce literis nostris perpetuæ et irrevocabilis feudalis tamen donationis titulo cum omnibus juribus et jurisdictionibus etc. etc. et cum omni jure dominio et proprietate, nec non jure patronatus seu præsentandi nostro possidendam: quin et dandam donan-

Pawłowski

Łasinowski

donandam, vendendam, permutandam, alienandam, et in eos quos voluerit vel legitimi ejus sexus masculini Successores voluerint usus convertendam modo tamen Serenissimorum Successorumque nostrorum consensu ante omnia implorato